



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur  
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 505. Symmachi Pap. Annus 7. Anastasii Imp. 15.  
Theodorici Reg. 13.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14573**

ante capite annuit, dicens: Dimissa veni. Sed quia quamdam san-

timoniale feminam in eodem monasterio pro cateris diligebat: illi-  
ci Galla subnixit: Rogo ut foris Benedicula mecum veniat. Cur ille  
respondit: Non, sed illa talis veniat tecum: Ita vero quam petis, die  
tertiis trigesimo secutura.

IESV CHRISTI  
Annus 505.  
SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 15.  
Annus 7. THEODORICI REG. 13.

SECVITVR ANNUS Domini quingentesimus quintus.  
Theodori & Sabiniani Consulatu notatus: quorum  
prior nomine Theodorus, cognomento Manlius, ex illo  
item Manlio Theodoro, cuius summa cum laude sanctus  
Augustinus meminit, videtur esse propagatus: huc autem  
magis quam purpurea Consulatus, Consulatus contem-  
ptus reddidit ubique conspicuum: Etenim conuictus  
licet inuito cum coniuge sancta consilio, & mutuo con-  
municato consensu, nuncium seculo renuit, vitamque  
amplexatus est humilem, summa admiratione non vrbis  
tantum, sed Orbis, cui vbique per Consulatum indicium  
Fastis factus fuit claritudine muneris & generis manife-  
stus. Cuius rei preclarissimum gestus cum fama transmarina  
loca peruaderet, insulam quoque abditam & desertorum  
exulum latebras penetravit. Audiuit hanc cum alijs S. Ful-  
gentius Ruspensis Episcopus exulans in Sardinia, qui et-  
dem literis conuictus, scripta ad eum epistola hanc post  
alia habet:

Beatus es, quia hoc caro & sanguis non reuelant tibi, sed ille  
Pater, qui est in caelis, inter quos caelos & tu factus es coelis. Quan-  
tum putas inesse lacum diabolo, quod a te contemptum perspicit  
mundum, & te conuersum cognoscit ad Christum, quod te videt  
ca, in quibus videris esse, deserere, & ab amore temporalium cer-  
renarum, rerum ad illa caelestia & aeterna iam corde migrare?  
Quamuis enim Christus aequaliter sit pro cunctis Fidelibus mor-  
tuis, & aequali cunctis beneficium redemptionis impenderit, di-  
cens Apostolo: Non est seruus, neq. liber, non est masculus, neque  
femina: omnes enim vos unum estis in Christo Iesu: tamen con-  
uersa potentium saeculi multum militat acquisitionibus Christi.  
Sicut enim multi fratres & amici, clientis & subditi, noti pari-  
ter & ignoti talium auctoritate ad mundana dilectionis excitan-  
tur ardorem, & eo magis igne seculari concupiscentia suscen-

duntur, quod sublimis saeculi dilectione mundana libenter capi-  
no teneri consuevit: Ita quotiens ille qui tangit montes & sem-  
gant, dum terrenis rebis intenta corda misericorditer respicit, &  
consideratione iudicij suitererit compellit, domus, contingit superba  
corda sublimium, velut altitudines montium vt in confessione sum-  
migenit peccatorum, in saluum prece repleurimis contremiscant, &  
in talium conuersione Multi ad subsilium miserationis diuinae con-  
surgunt.

Ita fit, vt qui sunt in saeculi culmine constituti, aut plurimos  
saeculo periant, aut multos saeculo in via Mutu acquant. Magna  
tales aut pena manet, si multi prebeant mala imitationu loquut,  
aut gloria, si multi ostendant sancta conuersionis exemplum.  
Quo enim paruum non despicit cellam, quando Senator domum  
despicit marmoratam? Qui non terrena contemnit, ad acquiren-  
da caelestia sibi consulat, quando ad caelum Romulus Consul ter-  
renorum contemptu festinat? &c. In fine autem haec de sancta  
matre, piaq. coniuge: sanctam multum in Christo venerabilem  
matrem vestram, adeo spirituali studio Christiana fide & recte ma-  
terna charitate concordat: sed & venerabilem coniugem, tibi tam  
in Christo sororem tuam, ob sero salutare dignetur, haec satis fun-  
to ad noui Consulatus huius ingressus pompam, non red  
ex fascibus, quam ex Cruce, neque tam de veste palmata,  
qua a monastico indumento, nec tam ex numerum editi-  
one, quam a numerum in pauperes largitione illustrem  
perpetuaque dignam memoria redditam. Iam vero anni  
huius res gestas recenseamus.

Sub iisdem Consulibus Anastasius Imperator ad Eu-  
stachium Praefectum Praetorio eiusmodi reperitur dedidit  
receptum:

Tabemus, eos tantummodo ad Defensorum curam peragendam  
ordinari, qui sacrosancti Orthodoxae religionis imbuiti mysterijs,  
hac imprimis sub Gestorum iustificatione, praesente quoque religio-  
sissima fidei Orthodoxae Antistite, per depositum huius sacrosancti  
religione celebranda praefecerint, ita etiam eos precipimus ordina-  
ri, vt reuerentissimum Eusebium, ut non Clericorum, & Ho-  
noratorum, ac prof. forum, & Carialium decreta constituantur.  
Dat. XIII. Kal. May. Sabiniano & Theodoro Cos. haec quidem  
Anastasius praefectum praesertim petierat, inus autem in  
cilegium occultans. Sed & ea, quae huc subiecta est, Im-  
peratoria constitutione idem praestitit:

Nego militet, qui non apud Aetna testificatus cum tribus sit,  
propositi sacrosancti Evangelij, se esse Christianum Orthodo-  
xum. Fiantq. Aetna ad eum magistratum, sub quo militaturus est,  
& duo statim auri pro eare praebentur. Si vero id neglectum  
sit, habeat libras quadraginta in magistratu, eiusq. officium viginti,  
qui res id militat, decem, atque a milita egerint. Ipsi quoque pe-  
rauerint, in corpore patientur, aliter vero nulla Comitio periculo  
rebus priuati inferentur. haecenus constitutio. Sed qualem  
cuiusmodi leges sensum acceperint ex legislatoris mente,  
eiusdem Anastasij Imperatoris res gestae huius temporis  
declaramus.

Stabilito autem omnino cum Pbris fudere, vt patet  
ex Marcelino sub anni superioris Consulibus: idem Ana-  
stasius Imperator (inquit Theodorus Lect. 10) vt magis  
quatu a bellis occupationibus acceptis, rursum contra Ecclesiam  
& Mactonum Orthodoxum, Constantinopolitanum Episcopum  
armatus est. Sed vases sicut leges sanctas, ita & opera fan-  
cta, ne videretur esse tyrannus, ostentare solebat, unde  
subdit: Multas Ecclesias Anastasius Imperator Constantinopo-  
li restaurauit. Sed quid in super: Quod tyrannum est timere,  
caute a seditione populi, qui in ciuitate fiebant, hoc excoerant,  
vt Eparchus ciuitatu ipse Praefectus vrbis litantia populi sequere-  
tur. Timebat enim zelum eorum, qui pro Quarta Synodo, ipso vi-  
delicet Chalcedonenf Concilio, inuersiones faciebant. Et hoc  
deinceps in consuetudinem adyt, haec ipse. Quae etiam ratio-  
ne, ne per magistratus illos, qui Defensores dicebantur  
Ecclesiae, tumultus sub praetextu, fidei Catholicae tuen-  
de concitaretur, eos tantum curauit creati in postremum  
Defensores, quos suarum partium esse sciret: iurare eos  
suabit Zenonis Ennotican., quod fidem Orthodoxam  
continere dicebat: id quo ab omnibus in Palatio militan-  
tibus faciendum esse praecipit, quo ab incurfione populi  
proficentis & defendentis Chalcedonenf Concilium  
quor red. retriq. Nec tamen, ob id cessat int a tu-  
multu,

31. MAGNA CHRISTI GLORIA EX PRO-FECTV. POTENTIVM.

IV.

ELIQ. COS. DE EP. AU. DIEN. EUGEN. NASTA. SI. IMP. SYDOLA.

\* possel. forum.

6. Lis. C. ca.

V. QUID DE MILITAN. TERVIS. STATVIT.

VI.

h. Theod. lat. Col. la. lib. 2. CONSILIVM ANASTASII IMP. VI. REG. NARBY.

LXII.

3 Symmar. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

1 Augu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

I. DE MAN. LII. THEODORI. CONSUL. LATV.

d Fulgent. ep. 6.

II. THEODOR. EYCON. SVLAB. DICAT IX. A SECVTO.

Galat. 3.



VII. a Theod. lib. 2. Col. 168. MACEDO- NIVS E- PISCOPVS CON- STANTIN- PO- LITANVS QV ARIT- VR TOL- LI DE- MIDIO. VIII. SABINIA- NVS CON- SVLVI- CVS A- GOTHIS.

multu, quem constat ex Marcello iterum post sequen- tem annum a populo excitatum in Circo.  
 Quod vero idem Imperator his aduersantem nactus est Macedonium Constantinopolitanum Episcopum Chalcedonenis Synodi defensore, qui populi totius praesidio vallaretur haud liguit eum statim (vt optabat) ei- cere. Verum dolorem agere aggreditur: Euenit (inquit Theodoros) inimici Macedony Eudolium quemdam suborna- rum, qui gladio illum impeteret: Macedonius vero, vt mansuetu- dinem suam ostenderet, quauerit Eudolio dari precepit. Tale quid etiam erga sacilegos quosdam fuit. haec ipse. Sed quomodo i- dem Macedonius Imperatori haeretico resistens, ex sede pulsus sit, suo loco dicemus.  
 Vidisti & considerasti, puto, lector, morem haeretico- rum Principum, omnem fornicatus praesertim speciem pietatis vt regnent; intrinsecus vero fouere nequitiam. Sed quid Deus? nouos in Imperium excitat hostes: vix enim cum Persis icto foedere, cum in fidem Catholicam arma mouer Imperator, aduersus eum Gothus sub duce Mundone insiliit in regiones Anastasio subditas; contra quem Sabinianus anni huius Consul, Orientalis Imperij cum exercitu missus, profligatus cum paucis aufugit. Con- silio autem & opera Theodorici Italiae Regis, eiusmodi excitatos esse motus, fractamque seces a inter ipsum & An- nastasium, sequentis temporis res geste significat, quo missi sunt Constantinopoli duces, qui piratica classe Ita- liae infestarent.

IESV CHRISTI

Annus 508.

SYMMACHI PA. 8. ANASTAS. IMP. 16. AN. 8. THEODOR. REG. 14.

I. **C**H RISTI annus quingentesimus sextus Messalam Roman creatum, Arcobindam vero Constantinopoli Consules habuit. Est de Messala frequentis mentio apud Ennodium, & inter alia cum ipsum rogat, vt pro se pecces offerat apud sanctos Apostolos. Sidonius quoque ad Felice, cum viros insigniter doctos eius temporis recenset, ait Messalam fuisse hominem ingenij satis profundi: Est epigramma Einnodij ad ipsum Messalam Consulem, cui eiusmodi inscriptio est, mixta: Epigramma, quod Messala Con- sul, Einnodius cognomine dicitur est.

Consul ad genum nomen pro stemmate iunxi Danilicem Vastu, sum trabem potior.

Quid palmae tuo tantum de murice vernas? Plus siccata dedit purpura nostra tibi.

Ex quo pariter Ennodij genit, intelligas: est enim & ipsius Messala ad Einnodium Epigramma, quo eam sibi proximo nominat, eam lib. am ab eo petit h. versibus: Sufcipe versiculos, Einnodi peccata, nostros, Vt sibi nobis reddere non desinas, &c.

II. EONCE- LIVM A- GATHEN- SE.

Hoc ipso anno celebratum est Concilium Agathae civita- tis in Gallia Narbonensi, sub Alarico Visigothorum Re- ge, anno regni eius vigesimo secundo, quinto Kalend. Se- ptembris, cui praesuit sanctus Caesarius Episcopus Are- latesis, vt eiusdem Concilij Acta testantur: in quibus licet primo loco nominatus Caesarius, cuiusnam civitatis Episcopus fuerit, non exprimat; praerogativa tamen pri- maris, quem in subscribendo sibi vendicat, nullum alium praeter Arelatensem licet existimare Pontificem: quod quidem absque ambiguitate constat sunt Patres, qui inter- fuerunt Meldensibus Concilio.

b Concil. Meldens. cap. 77.

Synodo huc venerandissimi Antistites numero triginta quinque interfuerunt, licet viginti nomen tantum nominati habeantur, iidemque gloria confessionis illu- stres, vt potest qui inter Arianos dominantes illibatam san- ctamque rectam fidem Catholicam conseruauit: & inter eos emittuerunt aliquot sanctitate celebres in Ecclesia

cis tabulis perpetua memoria consecrati; vt Firminus Me- tensis Episcopus, quem natalicio die colit Ecclesia & quin- todecimo Kalend. Septembris, S. Quintianus Episcopus Rutenorum, idem hieris monumentis adscriptus, de quo plurimum dicuntur sumus; & alij.

Dedit facultatem Alaricus Rex Arianus, vt Ortho- doxi Episcopi in vnum conuenientes Synodum celebra- rent: cuius praesenti beneficij memores Patres, ipsius Synodi exordio pro eodem Rege preces Domino obtulerunt, vt iudicem ipsi in eiusdem Synodi praesentatione restantur. Leguntur sancti canones, vel restituti iam antiquitati numero septuaginta & vnus, quibus pendit collapsam Eccle- siasmam disciplinam in vigorem primitiuum restitueret con- nati sunt. Porro ex adhibitis remedijs, quibusnam morbus illa laborarent Ecclesiae, potest intelligi: & ne euagetur per singulas ibi a Patribus editas sanctiones, hoc ipsum cano quadragessimus sextus ostendit, quo ista decreta fuerit.

*Missa die Dominica secularibus tenere. Speciali ordinatione praecipimus ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non praesumat. Qui si fecerint, ab Episcopo publice confundantur. Atque hoc praedictum Synodo Caesario stabilendum proposuit, quod ex Cypriano res ab eo gestas omni fide perlecto: Cum inquit de quodam esset ad altare, anim aduerus quosdam, lecto Euangelio, ex Ecclesia egredi, quod sancti viri conuociones auscultare inuitio detrectarent. Mox igitur aduolat: appollat hu vobis ysa- iam: Quid facitis filij? Quid ita fora abscedite, mala peruersationis subuerse. State ego animabus vestris ad accipienda verba aduertari- nis nostrae, eaq, auscultate solliciti: Non leuibis id vobis in illa treu- do iudicij die monco, elamo atq, confessor. Nescitis obsecro, vel surdis, vel profugi: auditis oru mei buccinam, perinde ac si animas vestras suo inimico Satan ingularit. Non ego taciturnitate arguar. Haec de causa apostolice officia, lectu Euangelio, occidit inquit: do nec propria Deo vbi gratularentur, ea coactione se professisse, qui solabant esse fugituri, haec ipse.*

Extremam eo argumento ipsa eiusdem S. Caesarij di- cta ad populum homilia, cuius est titulus huiusmodi: Ad- monitio, per quam suadetur, vt omnis populus, donec mysteria ce- lebrantur, in Ecclesia fideliter expectet. et haec eius exordium: Rego vos, fratres charissimi, & paternam pietate commoueo, vt quocumq, aut de Dominico, aut de alijs maioribus festiuitatibus Misse fuerint, nullus de Ecclesia discedat, donec diuina mysteria explau- dentur, &c. haec nos occasione recitari canonis Concilij Aga- thensis Caesarij rogatione in primis editi non oportuit praetermisse. Habentur eiusdem sanctissimi viri post alio- rum eius scriptorum naufragia ad populum alia dicte ho- milia omnes numero quadraginta, & quidem aucte, qui- bus antiquae Ecclesiae Gallicanae pia doctrina cum sacris traditionibus ac ritibus quam fidelissimam reueratur, vt inter alia de paenis & purgatorij post animarum migratione, & scilicet pro eisdem subleuandis, atq, alijs id genus maioribus absq, ambiguitate acceptis, creditis, & populo infirmatis Catholicis dogmatibus inuolabiliter obseruatio- ne custodiendis.

Porro quod ad idem Agathense Concilium, de quo est nobis tractatio, pertinet; quis non videat ab eodem san- cto Caesario statuenda fuisse proposita, quae ipse popu- lum facere publicis concionibus persuaserat: nam si li- cet in his imitari eiusdem Concilij canon duodeci- mus ita se habet: Placet etiam, vt omnes Ecclesiae filij (exceptis diebus Dominicis in Quadragesima, etiam die sabbato sacerdotum admonitiue, & discreditori comminatione renuent, haec item proposita Caesario fuisse, qui & de his Arelatensem po- pulum docuerat, factis intelligi potest, cum ea de re praec- laram habuerit homillam, qua ipse ingressu verbis illis suos Fideles interpellat: Rogo vos, fratres charissimi, vt in ista legitimo ac sacratissimo Quadragesima tempore, exceptis Domini- nicis diebus, nullus prae sumat, nisi forte ille, quos re- uinae infirmitas non permittit: Quia alijs diebus ieiunare, aut remedium, aut primum est: in Quadragesima non ieiunare, pec- catum est, quibus plane recte cuique intuenti appareret & Caesarium primum auctorem in Agathensi Con- cilio sancti eorum canonum illorum fuisse, & (vt puto) scriptorem: peccitates enim Caesarij voces, quae in illis

repe-